



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

- Cæpol. in l. si uenditor. nu. 10. ff. de edict. edict. & Ang. in d. §. in duplum. nu. 10. inst. de actio.
- 2 Fallit in rebus donatis, quæ locum non habet actio redibitoria. ut l. ad res donatas. ff. eo. tit. & Bal. in l. ij. C. de edil. edict. Bar. in l. si id quod aurum in princ. ff. de uerb. oblig. & late Cæpol. in d. l. ad res donatas. ff. eo. tit.
 - 3 Fallit in uicio animi, uel corporis, orto post emptionem rei uenditæ. Ita Cæpol. in l. actioni, in princ. ff. de edict. edict. & Cyn. in l. i. C. eod. tit.
 - 4 Fallit etiam quando res uendita reperitur pœnes emptorem dolo, uel familiæ suæ culpa perempta. Cæpol. in l. si mancipium. uu. 21. ff. de edil. edict. & ibi Raph. Fulg. ratio quia emptor tenetur de facto suorum domesticorum, secundum Fulg. & Cæpol. in l. quod in procurat. ff. de edict. edict. nu. 5. & 6.
 - 5 Fallit etiam in rebus hæreditariis, quæ anima carent, secundum tex. in l. simplarium in princ. ff. de edict. edict. & ibi communiter doct. & not. etiam quod pro rebus uilissimis non datur actio redibitoria pro quibus non interponitur cautio de duplo, secundum Cæpol. in d. l. simplarium & ibi Alber. & Fulg.
 - 6 Fallit etiam pro animi uicio tantum, uel corporis tantum; sed animi & corporis mixtim bene potest agi redibitoria, secundum doct. in l. interdum. §. in summa propter uicium animi. ff. de edict. edict. & ibi Alber. & Cæpol. nu. 1. 2. 3. & 4. in l. prædicta. §. animi autem uicium, cum aliis, 7. fallent. ibi positus & relatis per Cæpolam quod not.
 - 7 Fallit etiam quando inter contrahentes conuentum esset per stipulationem, quod uenditor in nullo casu teneatur de interitu & morte animalis uenditi ex quo forma pacti & conuentionis omnino est obseruanda. ut l. pacta conuent. de pact. & Alber. & Cæpo. in d. l. i. ff. de edict. edict. cum multis ibi adductis, quod tu not.

REGULA CCXXVII.

- Venditione prohibita an censeatur prohibitus etiam
 1 omnis alius contractus. † Bal. in l. cum ij, quibus. §. si cui. ff. de

de transact. tenet q̄ sic de stricta significatione, secus de interpretatione, secundum Cor. consi. 166. nu. uol. 2. Cui. consi. 177. super primo. Deci. consi. 660. nu. 8. Bal. in consi. 336. nu. 2. præmitto. uol. 5. ubi dicit, q̄ prohibetur omnis actus, per quem dominium transfertur. iuxta textum in l. fin. C. de rebus alien. non alien.

1 Amplia. 1. ut prohibita uenditione prohibetur etiam concessio, secundum Bal. in consi. 222. in primis. nu. 3. uol. 4. Nam ecclesia, iura, quæ uendit uni, alteri concedere non potest iuribus per eum, ibi adduct. & ponit etiam in consi. 218. nu. 2. uol. 1.

2 Amplia. ut prohibita uenditione prohibetur etiam omnis contractus per quem dominium transfertur, ut puta permutatio, donatio, & transactio, & perpetuus emptiotheosin contractus. ut Luc. de Pen. in l. si quis. nu. 4. C. de fund. patrimon. lib. 11. & in meo tract. de ord. proceden.

1 Fallit in datione insolutum extra iudicialiter facta ex quo ex ea nascitur actio ex empto ut in l. si prædium. C. de euct. & in l. elegantur in princ. ff. de pignor. act. Corn. consi. 166. d. & c. uol. 2. & est mirabile consi. in hac materia ubi prohibita uenditione prohibetur etiam datio insolutum q̄ nota. in l. 5. d. consi. 166.

2 Fallit quando stilius, & consuetudo fori aliter & alio modo circa expensarum taxationem aliter disponit & obseruatur, secundum Innoc. in c. fin. de dolo & contumat. Guid. papa q. 625.

REGULA CCXXVIII.

1 Venditiones plurium camporum unico precio, si non dicatur tantum pro tali campo & reliquum pro tali precio, plures dicuntur uenditiones, ut l. ediles. ff. de edict. edict. & ibi glo. in uersu. uno precio. ibi uno precio ex corpore singulorum camporum: Bar in q. publicanus, mouet hanc difficultatem. tu uide tex. in l. cum duo serui. ff. de in diem addict. & l. cum eiusdem. ff. de edict. edict. qui est melior